

expríme-re, Expértus potest créde-re, Quid sit Iesum di-lí-  
 gere. 5. Sis, Ie-su, nostrum gáudium, Qui es futúrum práemium  
 Sit nostra in te glóri-a, Per cuncta semper sáecu-la. A-men.

## AD LAUDES MATUTINAS

HEBDOMADA III

FERIA VI

INTRODUCTIO

**D** E-us, in adiu-tórium meum inténde. *Ry.* Dómine, ad  
 ad-iuvándum me fes-tí-na. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirítu-i  
 Sancto. Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in  
 sæcu-la sæcu-lórum. A-men. Al-le-lú-ia.

**H**<sup>c</sup> Os-po-di-ne, pomi-luj ny! \* Jezu Kriste, pomiluj ny! Ty,  
 Spase všeho mira, spasiž ny; i uslyš, Hospodi-ne hlasy naše!  
 Daj nám všem, Hospodi-ne, žižň a mír v zemi! Krleš! Krleš! Krleš!

**I** E-su, dulcis memó-ri-a, Dans ve-ra cordis gáudi-a: Sed  
 super mel et óm-ni-a, Eius dulcis præsénti-a. *2.* Nil cánitur  
 su-á-vi-us, Nil au-dítur iucúndi-us, Nil co-gi-tátor dúl-ci-us,  
 Quam Iesus De-i Fí-li-us. *3.* Iesu, spes pæ-ni-tén-tibus, Quam  
 pi-us es peténti-bus! Quam bonus te quærén-ti-bus! Sed quid  
 in-ve-nién-tibus? *4.* Nec lingua valet dí-cere, Nec lí-te-ra

**S** va-tý Václave, vévodo české země, kněže náš, pros za ny  
Boha, Svatého Ducha! Kyri-e-lei-son! **2.** Nebeské jest dvorstvo  
krásné, blazě tomu, ktož tam pójde, v život věčný, oheň jasný  
Svatého Ducha! Kyri-e-leison! **3.** Pomoci tvé žádáme, smiluj se nad  
námi; utěš smutné, otžeň vše zlé, svatý Václave! Kyri-e-leison!  
**4.** Mari-a, Matko žádúcie, tys Královna všemohúcie, prosíš za ny,  
za křesťany, svého Syna! Kriste-leison! **5.** Ty jsi dědic české země,  
rač pomnieti na své plémě, nedajž zahynúti nám i bu-dúcím,  
svatý Václave! Kriste-leison!


HYMNUS

**I**  
**Æ** -térna cæ-li gló-ri-a, \* be-á-ta spes mortá-li-um, celsi  
Paréntis U-ni-ce castæque proles Vírginis, **2.** Da dexteram surgén-  
-tibus, exsúrgat et mens sóbri-a flagrans et in laudem De-i grates  
repéndat dé-bi-tas. **3.** Ortus refúlget lú-cifer ipsámque lucem  
núnti-at, cadit ca-lí-go nóc-tium, lux sancta nos il-lúminet,  
**4.** Manénsque nostris sénsibus noctem repéllat sæcu-li omníque  
fi-ne témporis purgáta servet pécto-ra. **5.** Quæsi-ta iam primum  
fides ra-dícet al-tis sénsibus, secúnda spes congáudeat; tunc maior  
exstat cá-ritas. **6.** Sit, Christe, rex pi-ís-sime, ti-bi Patríque glóri-a  
cum Spí-ri-tu Parácli-to, in sempitérna sæcu-la. A-men.

ANTIPHONA 1

VIII g  **T** I-bi so-li \* peccá-vi, Dómine, mise-ré-re me-i.

PSALMUS 50



Miseré-re me-i, **De-** us, \* secúndum mise-ricór-*di-am tu-* am; et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum \* dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea \* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósko, \* et peccátum meum contra me est semper.

Tibi, tibi soli peccávi \* et malum coram te feci, ut iustus inveniáris in senténtia tua \* et æquus in iudício tuo.

Ecce enim in iniquitáte generátus sum, \* et in peccáto concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem in corde dilexísti \* et in occulto sapiéntiam manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor; \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audíre me fácies gáudium et lætítiam, \* et exsultábunt ossa, quæ contrivísti.

Avérte faciém tuam a peccátis meis \* et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, **Deus,** \* et spíritum firmum innova in viscéribus meis.

Ne prócias me a facié tua \* et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui \* et spíritu promptíssimo confirma me.

Docébo iníquos vias tuas, \* et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, **Deus, Deus** salutis meæ, \* et exsultábit lingua mea iustítiam tuam.

ORATIO DOMINICA

**P** Ater noster, qui es in cælis; sanctificétur nomen tuum; advéniat regnum tuum; fiat volúntas tua, sicut in cæ-lo et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie; et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem; sed líbera nos a malo.




ORATIO

Illábere sénsibus nostris, omnípotens Pater, ut in præceptórum tuórum lúmine gradiétes, te ducem semper sequámur et princípem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sácula sæculórum.

**D** Ominus vobíscum. *Ry.* Et cum spí-ri-tu tu-o. *Y.* Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, et Fí-li-us, et Spíritus Sanctus. *Ry.* Amen.

Be-nedicámus Dómino. *Ry.* De-o grá-tias.




ad faciendam misericordiam cum pátribus **nostris**, \*  
 et memorári testaménti **sui sancti**;  
 iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, *patrem nostrum*, \*  
 datúrum se **nobis**,  
 ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum **liberáti**, \*  
 serviámus **illi**,  
 in sanctitáte et iustítia *coram ipso*, \*  
 ómnibus diébus **nostris**.  
 Et tu, puer, prophéta Altíssimi *vocáberis*: \*  
 præibis enim ante fáciem Dómini paráre **vias eius**,  
 ad dandam sciéntiam salútis *plebi eius*, \*  
 in remissionem peccatórum **eórum**,  
 per víscera misericórdiæ **Dei nostri**, \*  
 in quibus visitávit nos **Oriens ex alto**:  
 illumináre his, qui in ténebris et in umbra *mortis sedent*, \*  
 ad dirigéndo pedes nostros in **viam pacis**.  
 Glória Patri, *et Fílio*, \*  
 et Spíritui **Sancto**.  
 Sicut erat in princípío, et nunc *et semper*, \*  
 et in *sæcula sæculórum*. **Amen**.

#### PRECES

Ad Christum óculos levémus, qui pro pópulo suo natus et mórtuus est  
 ac resurréxit. Itaque eum fidénter deprecémur:  
*Salva, Dómine, quos tuo sángine redemísti.*  
 Benedíctus es, Iesu hómínium salvátor, qui passiónem et crucem pro  
 nobis subíre non dubitásti,  
 — et sángine tuo pretiósó nos redemísti.  
 Qui promisísti te aquam esse datúrum saliéntem in vitam ætérnam,  
 — Spíritum tuum effúnde super omnes hómínes.  
 Qui discípulos misísti ad Evangélium géntibus prædicándum,  
 — eos ádiuva, ut victóriam tuæ crucis exténdant.  
 Infírmis et míseris quos cruci tuæ sociásti,  
 — virtútem et patiéntiam concéde.

Dómine, lábia mea **apéries**, \*  
 et os meum annuntiábit *laudem tuam*.  
 Non enim sacrificio delectáris, \*  
 holocáustum, si ófferam, *non placébit*.  
 Sacrificium Deo spíritus contribulátus, \*  
 cor contrítum et humiliátum, Deus, *non despícies*.  
 Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua **Sion**, \*  
 ut ædificéntur muri *Ierúsalem*.  
 Tunc acceptábis sacrificium iustítiæ, †  
 oblatiões et holocáusta; \*  
 tunc impónt super altáre *tuum* **vítulos**.  
 Glória Patri, *et Fílio*, \*  
 et Spíritui **Sancto**.  
 Sicut erat in princípío, et nunc *et semper*, \*  
 et in *sæcula sæculórum*. **Amen**.


#### ANTIPHONA 2

VIII g 

Ognóvimus, Dómi-ne, \* in-i-quitá- tes nostras, qui-a  
 peccá-vimus ti-bi.

#### CANTICUM

Ier 14, 17-21



Dedúcant ó-culi mei lácrimam per noctem et **di-** em, \* *et non táceant*,  
 quóniam contritiõe magna contríta est virgo filia pópuli **mei**, \*  
 plaga péssima *veheménter*.  
 Si egressus fúero ad agros, ecce occísi **gládio**; \*  
 et si introíero in civitátem, ecce attenuáti **fame**:  
 prophéta quoque et **sacérdos** \*  
 abiérunt per terram *nesciéntes*.  
 Numquid próciens abiecísti **Iudam**, \*  
 aut Sion abomináta est *ánima tua*?  
 Quare ergo percussísti nos, \*  
 ita ut *nulla sit sánitas*?  
 Exspectávimus pacem, et non est **bonum**, \*  
 et tempus curatiónis, et ecce *turbátio*.

Cognóvimus, Dómine, impietátes nostras, †  
 iniquitátes patrum nostrórum, \*  
 quia peccávimus tibi.  
 Ne des nos in oppróbrium propter nomen tuum, \*  
 ne fácias contuméliam sólio glóriæ tuæ;  
 recordáre, \*  
 ne írritum fácias foedus tuum nobíscum.  
 Glória Patri, et Fílio, \*  
 et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc et semper, \*  
 et in sáecula sáeculórum. Amen.

ANTIPHONA 3

V a  
**D**ominus \* ip-se est De-us; nos pópulus eius et o-ves  
 pascu-æ e-ius.

PSALMUS 99

Iu-bi-lá-te Dómino omnis ter- ra, \* servíte Dómino in le-tí-ti-a;  
 introíte in conspéctu eius \*  
 in exsultatióne.  
 Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus; †  
 ipse fecit nos, et ipsíus sumus, \*  
 pópulus eius et oves páscuæ eius.  
 Introíte portas eius in confessióne, †  
 átria eius in hymnis, \*  
 confitémini illi, benedicite nómini eius.  
 Quóniam suávis est Dóminus; †  
 in ætérnum misericórdia eius, \*  
 et usque in generatióne et generatióne véritas eius.  
 Glória Patri et Fílio, \*  
 et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío et nunc, et semper, \*  
 et in sáecula sáeculórum. Amen.

Libentíssime gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi. Propter quod pláceo mihi in infirmitátibus, in contuméliis, in necessitátibus, in persecutióne et in angústis, pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum.

RESPONSORIUM BREVE

VI  
**A** U-dítam fac mihi mane \* Mise-ricórdiam tuam. † Notam fac  
 mihi vitam in qua ámbulem. † Mise-ricórdiam tuam. † Glóri-a  
 Patri, et Fí-li-o, et Spirí-tu-i Sancto.

AD BENEDICTUS, ANT.

V a  
**V**i-si-tá-vit et fe-cit \* redempti-ónem Dóminus plebis su-æ.

CANTICUM EVANGELICUM

Benedíctus Dóminus Deus Is-ra-el, \* qui-a vi-si-távit et fécit  
 redempti-ónem ple - bi su - æ  
 et eréxit cornu salútis nobis, \*  
 in domo David, púeri sui:  
 sicut locútus est per os sanctórum, \*  
 qui a sáeculo sunt, prophetárum eius:  
 salútem ex inimícis nostris, \*  
 et de manu ómnium, qui odérunt nos: